



DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Schenkungsbrief der Pfarre Silz an Zisterzienserstift Stams

Pfarrarchiv Silz

9. 08. 1272

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7517.A1

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)

Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

[urn:nbn:at:at-dai-60967](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:at:at-dai-60967)

1272

In Nomine Patris et Filii et Sp. S. Amen.

Bruno D. G. Brixinensis Ecclesie Episcopus Univerſis tam praesentibus, quam futuris ad quos praesens scriptura pervenerit, in perpetuum.

Sicut ex officio vestri debito curarum Ecclesiasticarum personarum profectibus in promotione spiritualium, et sublevatione temporalium adesse pie semper auspicio tenemus; principali ut tamen eorum communitati, et promotioni qui in laeta Religionis conversatione, et habitu resplendent, ac de collatis sibi pro Christi Nomine rebus corporali necessitati plurima subtrahentes omnia in charitatis opera satagunt erogare, quisque non solum Manam contemplando, verum etiam Misericordiam in uisitatione benigna pauperum, et hospitium imitantur, debemus intendere cum effectu summo ipsius sanctissimi nostri Conſanguineus Meinhardus Illustri Comes Ventia, et Tyrolis, et Aluicio Domina Elisabeth uxori sua in spe remunerationis Aeternae, et Divinae Caelis curculum, et augmentum quandam novellam plantationem Ordinis Sacerdotum in suo proprio fundo Villa dicta Hammes nostri Diocesis fundavit Divina gratia in Christi Nominis, ut cooperatione eius possumus plantationis, huc fundationis tam honorifice, ac salubris, Ius Patronatus Ecclesie in Silz cum filiabus eius de consensu nostri Capituli, et aliter pariter, et assensu cum suis abbas in diversis Fratribus S. Joannis in Stammes in remedium animarum vestra, ac progenitorum nostrorum donamus, et donavimus tam in spiritualibus, quam in temporalibus regendam pariter, et tenendam, et cum usufructu, et omni jure perpetuo possidendam. Statuentes, ut supra dicta Parochialis Ecclesia in Silz, et filia ipsius cum usufructibus suis in hospitium habendam Fratrum, et ad ministerium hospitalitatis exhibenda debeant cum omni jure Fratrum supradictis perpetuo deservire, ita durent, ut Abbas, qui pro tempore fuerit in eodem Conventu Stanke vacante dicta Ecclesia in Silz, nobis sacerdotem saecularem idoneum, et nostris successibus ad regimen ipsius Ecclesie pro officio perpetuo representet, qui curam plebis a nobis recipiens dictam Ecclesiam officiat, sicut debet. Cui etiam tam honorifice habenda provideant dicti Fratres, ut Episcopus Brixinensis in Cathedrali, et procuratore Visitationis debita, et Archidiacono, et Decano in sententia obedientis debitis et consuetis de sua portione valeat respondere, a quibus jure memoratum Conventum tanquam exemptum liberum debet esse pariter, ac immune. Memorati vero Fratres, cum Nos viam universae carnis ingressi fuerimus, diem obitus nostri, et anniversarium Patris nostri in die S. Ambrosii, Status vero nostri in die S. Mart. Gema, et Damiani, sicut eis consuetum est, anni singulis celebrabunt, Canonice vero nostrorum in die obitus, et anniversarii ipsorum memoria in Capitulo habeantur. In cuius nostra Donationis evidens testimonium, et perpetuam firmitatem Praesentes eundem confectas sigillis nostro et Capituli fecimus communitate. Acta sunt haec A. Domini 1272 in Vig. S. Laurentii Mart. in Brixen. Indich. 15.

Copia illi Donationis Parochia

